



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. An reo citato ad iudicium, danda sit copia libelli sumptibus actoris, & cur? quid sit libellus? quae continere debeat? quotuplex sit, & quando rejici potest?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

lò post adulteravit, factus reus poe-
 nã; quam tamen populus miserati-
 one motus in Patris gratiam remitti
 voluit. sed Pater: lex, inquit, sancta,
 & poena etiam in nobis esto: reperi-
 tamen, quomodo lege salva, huma-
 nitati indulgeam? Ipse & ego unum
 sumus, mihi ergo unus oculus, alter
 ipsi eruatur: atq; id factum. *Iust: Lips:
 Monitorum & Exem. Polit: l. 2. c. 12.* Quæri-
 tur, an Filius à Parente libelli obla-
 tionem exigere potuisset? *Pete Resol:
 ex num. 1.*

REo legitime ad iudicium citato com-
 parente, danda est regulariter copia
 libelli sumptibus actoris, ut inde reus sci-
 at ob quam causam in iudicium vocatus
 sit, & deliberare possit, cedere, an con-
 tendere malit. *Authen: offeratur. C. de liti-
 contestat: Gl: in Clem: quamvis in ver: oblatio-
 de appell: Dixi regulariter, quia fallit regula
 in causis levibus, & vilium personarum,
 in quibus non datur libellus. Auth. Levioris
 C. de sent: ex brevilog: recit: Est libellus bre-
 vis scri-*

vis scriptura, claram actoris, sive accusatoris intentionem sive rem quæ petitur, causam petendi, & nomen actionis & rei continens. *L. 1. ff. de edendo.* Rejici ergo debet libellus incertus obscurus, si ex iis, quæ postea in judicium adducuntur, certa declaratio haberi non potest, quia Judex sententiam certam ex libello incerto & obscuro proferre nequit. *L. fin. C. de annual: exception: cap. 3. de sent: & rejud:* Obscurior verò evadit, ratione æquivocationis, generalitatis, alternativæ locutionis. *Gail: 1. observ. 62.* Alternativus sustinetur 1. in actione hypothecaria, ut si dicat Actor. *Peto illum condemnari ad traditionem rei obligatæ, vel ad solvendum debitum,* per text: *in L. si fundus. 16. §. in vindicatione. ff. de pign:* quia in actione hypothecaria potest possessor retinere rem, & litis æstimationem offerre creditori. *L. si creditor. 2. ff. quibus modis pig: & hyp: sol: vide Socin: in cap: 2. h. t.* qui hanc regulam, quod libellus alternativus esse non debeat, limitat novem modis. 2. sustinetur libellus alternativus in materia. *L. 2. Cod. de rescind: vend: ubi venditor concludere debet, ut emptor ad*

quod deest justo pretio suppleat, aut rem
 emptam restituat. *c. Cum dilecti 3. de empr. &
 vend: Gail: 1. obser: 62. 3.* Quando petitur
 restitutio adversus contractum; quia tunc
 actor potest alternativè cōcludere, quod
 pronuncietur contractum esse nullum,
 aut, si quis sit, adversus eum restituatur.
Gail: ibid: n. 7. 4. quando petitur restitu-
 res si exstet, aut eius æstimatio, si consum-
 pta sit, quando scilicet incertum est an res
 exstet. *Gail: cit. obser: 62.* alioqui si sit cer-
 tum rem exstare, ea peti debet, non eius
 æstimatio, quia hæc solum in subsidium
 debetur. *L. fin: C. de fideicom: libert: Panor:
 in cap. gravis de resti: spol: Gail: cit. obs: 62. n.
 7. & 6.* Similiter quando incertitudo pro-
 venit ex facto adversarii, per *tex. in L. 1. §
 quia autem. ff. quorum legatorum.* ut proinde
Gail: cit. obs: n. 4. velit, valere huiusmodi
 libellum. *Peto rem jure dominij, vel quasi do-
 minij, vel peto me declarari dominum, vel quasi
 dominum.* Denique quando per libellum
 hæreditas absq; enumeratione rerum hæ-
 reditariarum, aut divisio absq; enumera-
 tione cōmunium petitur: quia justa cau-
 sa esse potest, cur rem, vel partem rei in-
 cer-

certam petamus. *L. 3. §. pen. & ult. L. 6. L. qua de tota 76. §. incertæ. ff. de R. V. L. 1. §. ult. ff. si pars hered: pet:*

2. Cùm verò duplex sit libellus, nempe civilis seu conventionalis. *cap: fin. h. t.* qui scilicet in rem civilem, id est, in id quod actoris interest, conceptus est, & criminalis, qui criminis accusationem continet, *can: nullus 4. q. 4.* cuius forma exstat in *L. Libell. 3. ff. de accus:* In conventionali exprimendum est, quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo. Criminali verò nomē accusatoris, rei accusati, judicis coram quo, delicti locus, annus, mensis, designari debet, quamvis si dies, qui mensē demonstrat, exprimatur, non aliā mensis expressione opus sit.

3. Partes libelli generatim sumpti substantiales tres censentur: narratio facti, causa seu medium concludendi, & conclusio. Barth: in *L. si prius: ff. de nov: op: denunt:* Narrationem definiunt facti controversi expositionem: quæ definitio ad brevem & succinctam facti narrationem restringenda videtur: copiosius enim factum controversum Judici exponimus, cùm apud

pud.